

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Dominica II post octabas paschae: Lesung aus dem Evangelium nach
Iohannes

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

Sed contra haec mercenarius nullo zelo accenditur. nullo feruore dilectionis excitatur. Quia dum sola exteriora comoda requirit. interiora gregis damna neglexerit patitur. Unde mox adiungitur. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est. & non pestinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est. ut mercennarius fugiat quia mercennarius est. Ac si a peste diceretur. Stare in periculo ouium non potest. qui in eo quod ouibus praest. non oues diligit. sed lucrum terrenum quaerit. Dum enim honorem amplectitur. dum temporalibus commodis letatur. opponere se contra periculum trepidat. ne hoc quod diligit amittat. Sed quia re-

demptor noster culpa ficti pastoris innotuit. iterum formam cui de beatus imprimi ostendit dicens. Ego sum pastor bonus. Atque subiungit. Et cognosco meas. & cognoscunt me meae. Et cognosco meas. hoc est diligo. Et cognoscunt me meae. Ac si patenter dicat diligentes obsecuntur. Qui enim ueritatem non diligit. adhuc minime cognouit. **DOM. II. POST OCTA. PASCHAE. LECTIO SCI EVANGELII SECUNDUM IOHANNEM.** In illo tempore. **D**ixit ihc discipulis suis. **M**odicum & iam non uidebitis me. & iterum modicum & uidebitis me quia uado ad patrem. & reliqua. **OMELIA UENERABILIS BEATAE PRBI**